



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Quomodò per Euangelium, verba & facta Christi, Christus ad nos venit,
& nos illi adducimur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

actio, nostra est instructio: sic quoque ipse iubet esse nos misericordes, sicut pater suus cœlestis misericors est ad remittendum & dandum, Matth. 6. Lucæ 6. ut simus filij patris qui in cœlis est, & hoc totum propter Deum fieri debet, propter dilectionem Dei, & acceptationem beneficij Christi in gratiarum actionem. Ethnici enim & gentes, ex naturali amore benefaciunt suis amicis & assentatoribus: nos autem propter patrem in cœlis, ut simus filij eius: & ipse pater cognoscit, quia ad laudem ipsius nos omnia facimus, ille reddet in abscondito. Sic quoque accipere (*fassen*) oportet Christum, ut sequamur illum in virtutibus, quia cōversatione & sanctis operibus: aliàs sequetur quod apud Lucam 6. dicitur: Quid vocatis me, Domine Domine, & non facitis quæ dico vobis? Ergo verbis credere debemus, ac vitam sequi, hoc est, totum Christum accipere: Si quis autem dicat, Ego diligo Deum, credo Christum esse mihi donum proprium & c. proximum autem suum oderit, hic mendax est, 1. Ioan. 4. Ergo qui non sequitur Christum tanquam exemplum, parum proderit ei dicere: habeo Christum donum salutis Tit. 1. Confitentur se nosse Deum. Et Matth. 7. Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit voluntatem patris mei, &c.

- Euangelium prædicatio est, per quam Christus ad te venit, & tu ad ipsam adducis. hoc autem sic contingit, quando audis vel legis, quod Christus huc vel illuc venit, aut quod aliquis ad ipsum adductus est, ut Marc. 7. cap. cum adducerent ei surdum & impedita linguæ, &c. & sic cum illo & illo fecit, scire debes quod hoc ipsum offert, id est, illam sanitatem, loquelam, auditum, &c. tibi verbum & factum Christi, quod ibi legis & audis. Si hic sistis, & permittis tibi benefacere, & credis quod & tibi beneficiat, & te adiuvet, & velit te, sicut illum, iuvare, tunc certo habebis. Est

bis. E
cax i
dat le
num,
nem.
tingu
sic leg
nus h
passio
solem
nam n
gis au
cipit &
missio
bona &
postoli
cia nur
nale an
faciat.
& infr
& obed
propriu
aliqu
ap

1. U
nob
hic
2. Q
3. U
fil

bis. Est enim & hodiè Christi verbum & factum effi-
 cax in credentibus: hodiè etiam illuminat cæcos, mū-
 dat leprosos, remittit peccata, dat panem quotidia-
 num, sicut fecit quando erat in mundo antè passio-
 nem. Ideò consimilia miracula & opera hodiè con-
 tingunt credentibus. Ideò non oportet Euangelium
 sic legere, vt semel gestam historiam: sed sic, quate-
 nus hodiè effi cax est per verbum suum, sicut fuit antè
 passionem, vt in omni necessitate habeamus vndè cō-
 solemur. Rom. 15. Quæcunq; scripta sunt, ad doctri-
 nam nostram &c. Ob id Euangelium non est liber le-
 gis aut præceptorum, sicut est Moysis liber, quo præ-
 cipit & damnat Deus, &c. Sed est liber diuinarum pro-
 missionum, in quo Deus offert & donat omnia sua
 bona & beneficia in Christo: Quòd enim docent A-
 postoli & Christus exponit legem, hæc inter benefi-
 cia numeranda sunt. Igitur Euangelium est medici-
 nale animæ, in quo anima audiat quid Deus cū ipsa
 faciat, sicut igitur fecit Christus cum peccatoribus
 & infirmis, sic hodie facit nobiscum modo credamus
 & obediamus Euangelio, Rom. 10. Hoc agnoscere, est
 proprium Euangelij: Quoties igitur audis factum
 aliquod, historiam, verbum, opus Christi, tibi
 applica: & crede, vt quoque assequaris gra-
 tiam, sicuti illi.

CAPVT XXXIIII.

ARGVMENTA.

1. Undè venit quod dicitur, quòd Deus gratis nobis remittit peccata, & donat cælum: nam hic sermo per totum Euangelium habetur.
2. Quid excludat hæc particula, Gratis.
3. Undè sit causa premiorum nostrorum operū, si Deus gratis omnia confert.